



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt LXIII. Mospvrgense Olim Monasterium, nunc Canonicorum collegium
in d. Frisingensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

vero tempore decem additis, in tricenarium profecerunt numerum, Ita Gesta Notgeri ab Ortelio edita tradunt.

AEGIDIUS Bucherius in Chronico, refert istud S. Dionysij templum anno 987. Kalendas Maij à Notgero dedicatum fuisse.

Factus est autem Notgerus Leodienfis Episcopus anno 971. & obiit anno 1007. die Iouis in cœna Domini IV. Idus Aprilis.

CAPUT LXII.

S. FOILLANI FOSSENSE COLLEGIUM in Comitatu Namurcensi.

Foffense monasterium opibus S. Gertrudis Virginis Niuellensis à S. Foillano exstructum fuisse ex Sigeberti Chronico ad annum 648. constat. Quo quidē à Normānis vastato, ut arbitror, eo ipso in loco Notgerus Leodicēsis Episc. Canonicorū cœtum instituit. Quare in Historia vitæ eius ab Ortelio in Iterario Belgico edita sic legas; *Notgerus Fossensem Ecclesiam condidit, ac muro & turribus circumdatis communiuit.*

CAPUT LXIII.

MOSPVRGENSE OLIM MONASTERIUM, nunc Canonicorum collegium in d. Frisingensi.

Arnoldus Imperator monasterium & Abbatiam Moßburg anno 895. dedit ac subiecit

subiecit Ecclesiæ Frisingensi, vt perpetuò sub eius defensione & potestate esset. Ita legitur in lib. traditionū Frisingensis Ecclesiæ. Tribuit illi Monasterio et pascua in loco vbi Ambra in Isarā cadit. Confirmauit hanc subiectionē & donationem Arnoldi Imperatoris Otho primus Imp. anno 940.

De hac re exstat etiam sententia Adelberonis Comitis, in cuius Comitatu Mosburg sitū est, ex mandato Cunradi Imperat. Qua sententia Mosburg Monasterium Ecclesiæ Frisingensis iuri ac Dominio perpetuo adiudicatur, anno 1127.

Henricus sanctus à fundamentis exstruxit templum Mosburgij pro secularibus sacerdotibus, Auentino teste.

C A P V T LXIV.

THORENSE COLLEGIVM CĀNÖ-
nissarum & Canonicorum in d. Leodiensi.

ANFRIDVS, secundū seculi dignitatē Comes Teysterbādiæ, Bratuspantiæ, & Hoyensis, & Dominus de Altenæ, vxorē habuit Hilsmondam; qui postea diuino nutu in XVIII. Episcopū Ultraiectensem promotus, cōstruxit in loco Hohorft, propè Amorsfordiā Monasterium ordinis S. Benedicti, in honorē Dei Genitricis Mariæ, tulitq; duodecim monachos ex S. Viti Mart. Gladbacēsi cēnobio, & instituit VVeringerū doctū pariter & Pium primum Abbatem & liberalissimē

H 2 dotauit